


eodem Alexandri constituto principio sunt anni Ægyptij mil-
 le octingenti triginta duo, dies CCXC V, horæ undecim, scrup.
 XLV, tempore apparenti: æquato uero horæ XI, scrup. LV, un-
 de æqualis Lunæ motus erat partium CLXXXII, scrup. XVIII,
 anomalix locus part. CLIX, scrup. LV, æquatum uero parti-
 um CLXI, scrup. XIII, prosthaphæresis qua motus æqualis mi-
 nor erat apparente, partis unius, scrup. XLIII. Patet igitur in
 utraq; eclipsi æqualem fuisse Lunæ à terra distantiam, & So-
 lem utrobic; apogæum ferè, sed differentia erat in deliquijs di-
 gitus unus. Quoniam uero Lunæ dimetiens dimidium ferè
 gradum occupare consuevit, ut postea ostendemus, erit eius
 duodecima pars pro digito uno, scrupul. II, s. quibus orbi obli-
 quo Lunæ circa sectiones eclipticas congruit gradus ferè dimi-
 dius, quo in secunda eclipsi remotior fuerit Luna à sectione a-
 scendente, quàm in prima à descendente sectione, quo liquidis-
 simum est latitudinis Lunæ uerum motum fuisse post comple-
 tas reuolutiones partes CLXXIX, s. Sed anomalix lunaris inter
 primam & secundam eclipsim addit æqualitati scrup. XXI, qui-
 bus prosthaphæreses seinuicem excedunt. Habebimus igitur
 æqualem latitudinis Lunæ motum post integros circulos part.
 CLXXIX, scrup. LI. Tempus autem inter utrumq; deliquium
 erant anni mille sexcenti octuaginta tres, dies octuaginta octo,
 horæ XXII, scrup. XXXV, tempore apparète, quod æquali con-
 sentiebat, In quo tempore completis reuolutionibus æquali-
 bus, uigesies bis mille quingentis septuaginta septem sunt par-
 tes CLXXIX, scrup. LI, Quæ congruunt nostris, quos iam expo-
 suimus.

De locis anomalix latitudinis
 Lunæ. Cap. XIII.


MT autem huius quoq; cursus loca firmemus ad præ-
 assumpta principia, assumpsimus hic quoq; binos
 defectus lunares, non ad eandem sectionem, neq;
 è diametro & oppositas partes, ut in præceden-
 tibus, sed ad eandem Boream uel Austrum. Cæteris uero
 omnibus